

Lunarem Astronomiam ante bien-  
 nium, ut primum Lincium sum re-  
 versus, recudere cepi, seu potius  
 notis illustrare. Verùm adhæsi ex-  
 pectationi frustraneæ libelli Græci  
 Plutarchi de facie Lunæ; quem Vi-  
 enna, qui promisit, non submittit.  
 Ex lectione versionis Xylandrinæ  
 videor subodorari, quid sibi volue-  
 rit Philosophus in lacunis, hæreo ta-  
 men: quod si, quæ lacunas proximè  
 antecedunt & sequuntur, ea Græcè  
 legerem, rectius me expedirem.  
 Quid si & mea & Plutarchi Græco-  
 latina uno libello ederentur? Et an-  
 ne digna etiam Lucianica commen-  
 datio, seu libelli veræ historiæ, qui  
 addantur? Audiamus & D. Lingels-  
 hemii, quem mihi commendas, ju-  
 dicium: cui me, viro tali qualem  
 scribis, cupio esse commendatum.  
 In mea commentatione totidem  
 sunt